



D. g. 295

Margarita fureta  
Alfonsi Aragonii regis vasa dicta  
Tropi sine salis paninis. Kaysersberg fo. 22  
Mazsily firmi de sole opusculuz  
Hermannus barbarus oros 9 poetas  
facere Adelphine.

Regem predictorum fo. 100.

Cerimonies romizales Conradi prutingey de mirandis  
germanice Antiquitates.

Lupoldy de huzibz regni 7 translatione imperij  
Tuar de 4. hereticaribus ordinis predicatorum apud  
Gulixens in ciuitate betnensi combustis

Memorizuz contra Venetos. Julio ppe

Red und antwort d. gesandten habsburg d. venediger  
An Herrn Maximilian

By Benschreff vnser allerhochigst. Julio de Habsburg  
zum gedachten Kayserlicher maestatt

Item vnder den vngerechtfam d. venediger

Item handlung zwischen Kayserlicher maestatt v  
Churfursten und stunde des reichs zu Worms

form der abzug An den herzhogen und die herzhafft venedig

Tractatuz concordie inter Summu pontificem. Galloru regem  
7 oratoris Burchardus impator

Bulla censuraz 7 excommunicationis. Duris ferrariensis

Bulla censuraz in singulos de durate mediolanen


Ein vnderbarlich geschicht von der mechtigen  
juden das hochwirdige Sacrament verkauft.

L. N. 221.



1506 - 1510









e

**Monitozium contra Venetos.**

Blatt 100 verso



## MONITORIUM CONTRA VENETOS.

**I**lius epūs seruus seruorum dei Ad futuram rei memoriā :  
Pastoralis officij diuina gratia nobis licz immeritis iniūctē  
cōsideratione : monēte nos beato Julio primo predecessore  
nostro : cuius nomē electi ad apicē apostolatus assumpsi-  
mus : non est nobis dissimulandi : non tacendi libertas : quib⁹ maioz  
cūctis christiane religionis zelus incūbit : debemus em̄ summā curam  
habere de his qui pereunt : quatenus nostra redargutione : aut corrigā-  
tur a peccatis : aut si incorrigibiles apparuerint ab ecclesia separētur .  
Pius est deus et misericors : qui vindictā temperat ab eo qui illam pre-  
uenit . Et sicut i Genesi legitur quos videt pro : sus impenitētes : ante  
seuera ultione castigat quā pius fuerit cōminatus : assidueq; peccan-  
ti et in pctis pseueranti nō misereī . ¶ Cū itaq; retroactis temporib⁹  
dominū Venetorum potentia : priuilegijs indultis atq; fauoribus :  
pecunijs etiā Ro . sedis sepe numero adiuta : adeo inimmensum ex-  
creuerit : vt quibuscunq; regibus : principibus : ducibus : potentia-  
tibus : et dominjs totius Europe : et precipue matri sue ecclesie Ro .  
a qua bñficia multa suscepit : et formidolosa et pernicio sa fuerit : et sic  
in presens quandoquidem Leonina pelle assumpta : non solum leonis  
more / sed ex luporuz omnium quibus proxime accedit : coria expoliare  
nec vnq; retro aspicit sed eiusdem leonis feritate vicinos et obuios  
quosq; pessundat et discerpit / fuerintq; sepe a predecessoribus nostris  
et nobis duces eiusdem ciuitatis Venetiarum rogati : consiliarij : et  
alij eidem reipublice Venete presidentes moniti : vt a violentia alijs  
inferenda se abstinerent : et a rebus alienis occupandis : et precipue  
S . Ro . ecclesie cessarent : illi nihilominus duritiam Pharaonis imē-  
tati huiusmodi paterna ac salubria monita surda aure ⁊ excecata mēte  
nunq; admittere voluerunt : nisi quantum eorum cupiditas ⁊ domina-  
di libido et esrenata aut nonnunq; necessitas eis suadebat . Sic factū  
ab eis nouim⁹ : vt de aliorū Regū et Principuz iniurijs oppressiōibne  
ac dānis taceamus : cū Ferrariā . S . R . E . ciuitatē tēporib⁹ Se . re .  
Clementis quinti predecessoris nostri occuparūt : donec per oēs censu-  
ras interdīcta et diffidatiōes illā . S . R . E . dimittere coacti fuerūt :  
et qm̄ eorū cor non plene penitens fuerat : eandem ciuitatē Ferrariā s̄

dente in hac sancta sede Se. re. Sixto pa. iij. etiā predecessore et pa-  
truo nostro maxis conatib⁹ occupare contenderunt et proculdubio oc-  
cupassent: nisi prefati pontificis et aliorū Italie regū et dñiorū auctori-  
tas ac potētia illis obstitisset. Sic factū ab eis cum iam multis annis  
Ravenā inclitā civitatē Ro. sedis per dolū et fraudē necnon Cerviaz  
civitatem prohibito modo et illicito colore: illarūq; opida et pertinēt  
visurparūt. Et ne qd deesset ad cumulū male meritorū suorū mortuo  
Alex. sexto. etiā predecessore nrō Ariminū Faventiā et Sarsinā vbes  
S. R. E. illarūq; arces: opida: et oēm districtū multaq; Cesenateū  
Fornilē et Imolen districtuum opida temeritate propria inuasērunt  
atq; occuparūt. Et quibus nobis hñōi occupationem egre ferentib⁹ et  
graviter conquerentib⁹ nostri pōtificat⁹ initio aliqua ex dictis opidis  
postmodū restituerint: hoc ipso evidenter satis confessi iniuste se oīa  
detinere cū maxime nulla retinēdi vbes aliaq; loca ratio subesset: aut  
excogitari posset: ipsi tñ duro corde civitates predictas et reliqua per-  
perā et imprudēter retinere minimeq; relaxare voluerūt: imo a tempo-  
re occupationē et citra detinuerūt et detinēt de presenti: quos licet per  
processum qui singulis annis in die Cene dñi ex more Romanorū pon-  
tificū legi consuevit: tanq̄ occupatores et detentores predictarū civi-  
tatū et locorū Romane ecclesie excommunicatos et anathematizatos decla-  
rare: et ab omnib⁹ evitādos decernere hacten⁹ potuissēmus: tñ cū pa-  
terna pietate Ducē et reliquos predictos cū in minorib⁹ ageremus: et  
nūc ad apicē apostolatus euecti: in viscerib⁹ caritatis semp cōplexi fue-  
rimus: curavimus omī studio et diligentia: vt ad cor redeuntes: no-  
bis et matri sue. S. R. E. obediē se prestatēt: anīarū suarū salutē:  
occupata restituēdo: consulerēt: et hui⁹ scē sedis: q̄ illis sp vsui fuit et  
honori: auctoritatē cū debita reuerentia agnoscerēt. Proinde p vene-  
rabilem fratrem nostrū Angelū Episcopū Tiburtiū nostre et apostolice  
sedis nunciū apud eos agentē in celo caritatis: prefatos Ducē et psilia-  
rios moneri et requiri fecimus: vt occupata per illos: que ad Romanā  
ecclesiā spectabāt: videlicet Ariminum et Faventiā Sarsinā cum di-  
strictib⁹ suis: castellis et opidis illis adiacentibus: ac alia opida: arces  
et terras Fornilē Cesenateū et Imolen: territorij nobis et Romanā  
ecclesie restituerent: nihilq; noui operis aut muniendi vel reparan-  
di pretextu: aut alio quouis colore in eis fabricarent ptestati fuimus:  
p qua etiā restitutione faciēda charissimus in xpo filius noster Mari⁹

milianns tūc Romanorū rex tanq̄ S. R. E. aduocatus p̄ p̄rios  
et speciales oratores suos eosdē Venetos magna cum instantia tunc  
requisiuit et interpellauit: qui cum ad occupandum faciles: ad relax-  
andū vero admodū difficiles existāt: monitionib⁹ nostris ⁊ Regis pre-  
dicti requisitionibus satisfacere neglexerūt: dictas ciuitates et loca no-  
uis propugnaculis et armorum apparatusibus muniendo: et insuper cū  
biennio iam elapso: deo fauente: cum maximis laboribus et expensis  
ciuitatem nostrā Bononiensis a tyrānide Bentiuolorū liberauissim⁹  
et contra eosdem Bentiuolos eorūq̄ cōplices et rebelles nostros: qm̄  
mala malis accumulando apertius in rebellionē aduersus nos et Ro-  
ecclesiam indies varijs machinationibus se armabant excommunica-  
tionis sententiā contra singulos ex eis: receptoresq̄ eorū et interdicti  
contra vniuersitates et loca: ad que eos declinare cōtingeret per lit-  
teras nr̄as ptulissimus. Nihilominus Antonius Galliatius Han-  
nibal et Hermes Bentiuoli eorumq̄ seruitores et complices in terris  
ab ipsis Venetis detentis: videlicet Paduañ Cremonen̄: et ad exci-  
tandum magis populi Bononiē rebellionem: in Fauentia ciuitate  
Bononie propinqua: et Venetijs etiam recepti fuerunt: et pro libito  
eorum ad dicta loca admittuntur in maximū nostrum et Ro. ecclesie  
et aplicarū censurarū contemptū: ex quo dictorum rebellium nostrorū  
receptores ⁊ loca om̄ia predicta excoꝛicatiōis in singulos et interdicti  
in vniuersitates et loca cēsuras iurta formā litterarū nostrarū predictarū  
inciderunt: et pro talib⁹ haberi ⁊ publicari debuissent: nobis paciēter  
hec ferentibus ipsorum Venetorum inobedientia in nullo remittitur:  
sed indies magis augetur: ita vt ecclesiastice vltionis seueritatem ex-  
poscere manifeste videantur: magna sunt hec in oculis omnium no-  
toria: ac mucrone seueritatis apostolice ressecanda. Verum longe ma-  
ius est q̄ Dur: rogati consiliarij Senatus: populusq̄ Venetos om-  
ni ex parte religionem christianam factis ita abnegare audent: vt se-  
dis apostolice obediē in nulla penitus vigeat ecclesiarum cathedraliū  
monasteriorum: dignitatum et aliorū beneficiorū ecclesiasticorū pro-  
uisionē a sede predicta factas impudenter impediunt: nec possessi-  
onem illorum: nisi ex arbitrio suo cuiq̄ dari permittant. Confugi-  
entes pro iusticia consequenda ad hanc sedem apostolicā: que refugium  
est oppressorum quasi reos maximi criminis puniant: neq̄ in dicta ci-  
uitate aut terris illis subiectis clericis precipue et personis ecclesi-

asticiis iusticiā nisi pro libito volūtatis eorū ministrari paciant nullā re  
scripta aut litteras apostolicas: nisi ipsis annuantibus executioni mā  
dari permittūt: clerū et ecclesiasticas personas et pia loca grauissimis  
impositionib⁹ decimis atq; oneribus vsq; ad sanguinē excoiāt. Praela  
tos clericos et religiosos nulla ordinis dignitatis aut religionis habi  
tatione in exiliū et nonnunq; in carcerē mittūt. Et ita abrupto cuiusq;  
sacre legis vel canonis vinculo precipites ferunt: q; nullā legē imposi  
tā sibi fuisse aut imponi posse: elata ceruice presumere videātur. ¶ Hec  
aut oīa ita in oculis oīm patēt: vt assiduis querelis Regū principum  
Cleri et ppli et p̄sertim subditoū suorū plurimū quottidie excitemur:  
vt ipsorū Venetorū ambitū aplice maiestatis et nr̄m cōtemptū quib⁹  
se extollūt: effrenatā peccandi et q; libitū fuerit licitū faciendi licentiā  
Candea vltiōe comprimere vltorius non tardarem⁹: ne (qđ ex solita  
benignitate nr̄a: et hui⁹ sc̄tē sedis cēsura ecclesiastica illos prosequi ob  
misim⁹: expectātes vt resipiscerent: et ad cor redirent) negligentie nr̄e  
aut pusillanimitati ascriberetur: nō em̄ deū agnoscit vt subditos sed  
subsannat vt superbus: qui in pctis indies magis insorescit: itera  
taq; vulnera et ad ima vsq; penetrantia tardi⁹ et difficillius sanantur  
Dedimus omnem operam et per bone memorie Antoniotum ep̄m pre  
nestrinū et venerabilē fratrem nostrum Bernardinū ep̄m Sabinensem  
et dilectū filiū Georgiū tituli sc̄ti Sixti presbiterū Rotomagenī ipsi⁹  
S. R. ecclesie Cardinales nr̄os et apostolice sedis Legatos. et per  
intercessionem aliorum regum: christiane religionis exaltationem de  
siderantium: et quibus potuimus medijs: vt charissimi in christo filij  
nostri et reges serenissimi Maximilianus rex romanorum Imperator  
electus: ac Ludouicus rex Francie christianissimus: inuicem concor  
darent et pacem inirent deiq; gratia voti nostre compotes fuimus: cō  
cordarūt: et nonnullus alios etiam principes ad pacem reduxerunt:  
gratūq; nobis fuisse q; cū satisfacione prefatorū regum et principum  
Vtneri ipsi imparticipes pacis recepti fuissent: sic enim iam omnes  
principes christianos qđ tota mente concupiscimus ad sumenda ar  
ma contra perfidos hostes fidei catholice et occurrendum periculis  
christiane religionis inducere posse confidebamus: sicut nonnulli ex  
eis nobis persuaserūt et se obtulerunt. Verū reges prefati ac charissi  
mus in christo filius noster Aragonie rex Catholicus nobis signifi  
carunt securius sibi videri: immo necessarium q; ante omnia a Venetis

sibi restituantur ea que de dominis eos spectant: per illos occupantur  
tū vt debito iusticie in restitutione rerū suarū per dictos Venetos eis sa-  
tis fiat: tū ne ipsis regib⁹ ad debellādū infideles intētis ab ipis venetis  
dn̄ia eorū verentur: et cogantē pedes retrahere: nec vlla ratione aliter  
ad hanc sc̄tāz expeditionem adduci possunt. Quinimo nos q̄ hortati  
sunt vt recuperatōi terrarū nr̄arū predictarū intenderem⁹: seq̄ in ea re  
totis viribus coadiutores nobis affuturos obtulerunt. Nos vidētes  
hoc pacto et reintegratiōi ablatōrū et iusticie singulorū et auctoritati  
nr̄e ac hui⁹ sc̄tē sedis facilliq̄ prospici et citiq̄ hāc sc̄tāz expeditiōez posse  
p̄fici: etiā adducti fuim⁹ vt insurgere contra p̄fatos Venetos vltērius  
nō differamus. ¶ His igitur Ro. ecclesie tam in tēporalibus quā in  
spiritualibus oppressiōibus libertatis ecclesiastice: et cleri: ac gregis  
nobis commissi dilacerationibus et lupina quadam rabie deuoratiō-  
nibus perspectis et per predecessores nostros ac nos ipsos nimium to-  
leratis. Premissisq̄ rationibus cōpulsī agnoscentes nos diuino mu-  
nere licet immeritos: dei om̄ipotentis vicē in terris gerere: de cuius ore  
vt in Apocalipsi scribitur: Gladius ex vtraq̄ pte acut⁹ egredit⁹: sentē-  
tia sc̄z qui bonos punit: vt timore pene emendentur et ab illicitis absti-  
neant: ex altera vero parte malos p̄scindit: vt cum bonos ad cor re-  
dixerit relinquantē mali in cōculcatione ⁊ a bonis penitus tollantē: ne-  
ue exemplo Venetorū si diutius illos ita dimiserim⁹: et p̄tumatia p̄ter-  
uicq̄ ipsorū dissimulauerim⁹: ceteri etiā p̄temnēdi et peccādi occasio-  
nē et licētia capiāt. De venerabiliū fratrū nostrum. S. R. E. Car-  
dinaliū consilio et assensu p̄tra p̄fatos Venetos ad seueritatē vltiōis  
ecclesiastice necnon ad arma tā sp̄ūalia q̄ tēpalia deueniēdū durim⁹: vt  
vel per penitentiā matrē suā hāc sanctā sedē aplicā occupata eidē resti-  
tuēdo et in premissis excessib⁹ se corrigendo agnoscat: vel aplicē aucto-  
ritatis exemplo ⁊ seueritate exortes se intelligāt diuini mysterij et sathā-  
ne tradendos esse: ac sortē cum Dathan et Abiron sortiantur: quorū  
consortes multipliciter peccando se fecerunt. Nemo est qui ignoret ex  
predictis criminibus et excessibus per p̄fatos Venetos perpetratis  
constare notorie prout et nos notorium esse. Decernimus et declaramus  
Ducem: rogatos: generale cōsiliū: senatumq̄ Venetum: eorumq̄  
officiales et ciues ac alios quoscunq̄: quorum auctoritate: opera:  
iussu: consilio: vel fauore predictę ciuitates nostre hactenus occupa-  
te fuerunt et occupantur: premissaq̄ facinora contra hanc sanctā sedē

clerū et ecclesiasticā libertatē pmissa fuerūt excomūicatos et anathematizatos fuisse et esse prout et predicti processibus qui p singulos annos publice pmulgant in die Cene domini ex more pdecessorū nostrorū Ro. pon. omnibus innotescit et ppterea aliud nobis nihil agendū restaret: nisi vt eos de tanq̄ ethnicos et publicanos a grege fidelū reijcerem⁹: et tanq̄ scabiosas oues a caulis nostris repelleremus ne totam domū massam et corp⁹ ardere putrescere: interire eorū cogitatione cōtingat: tamē cū illi⁹: licet nō nr̄is merit⁹: vices geram⁹ cuius misericordie meritū surā erga penitentes et ad cor redeuntes metiri nō possumus: gaudetq̄ super vno pctōre penitentiā agente: nō durim⁹ omittendū: quin denuo paterna charitate cū censuravū ( vt res ipsa postulat ) appositione illos p pntes apollica auctoritate hortemur requiramus et moneam⁹ ad auctoritatis hui⁹ sc̄te sedis et liberatis ecclesiastice recognitionē Nec nō ad rerū et dñiorū ad nos et Ro. eccliam spectatiū: per eos occupatorum: integram restitutionē. prefatos itaq̄ Leonardū Lauredanū Ducē ⁊ rogatorū ac generalis cōsiliū nūcupatorū p̄siliarios ac Cōe Venetiarum: omnesq̄ et singulos Patricios et ciues dicti Cōmunis Venetiarū: prouisores: ptātes: p̄missarios: et officiales eorundē tam in dicta ciuitate Venetiarū quā in prefatis nostris ciuitatib⁹ ab illis occupatis: q̄rū noīa: cognoīa: q̄litates et dignitates hic p expressis habemus: eorūq̄ cōplices: adherentes: et fautores cuiuscūq̄ status gradus et p̄eminētie existāt: et q̄cūq̄ dignitate etiā Regali Patriarchali Archiep̄ali Ep̄ali: vel alia quauis ecclesiastica vel mūdana p̄fulgeant: auctē nobis a deo om̄ipotentē concessa et de nr̄a plenitudine prātis per pntes in dño requirimus et monem⁹: et cuilibet eorū tenore p̄sentii p̄ hec scripta mandamus quaten⁹ infra .xxiiij. dies post affirmatiōem p̄sentii in valuis Basilice p̄ncipis ap̄lorū de vrbē imediate sequētes: quorum octo p̄ primo: octo p̄ sc̄do: octo p̄ vltimo et p̄emptorio termino: canonica monitiōe p̄missa eis et cuilibet eorū assignam⁹. Dux: rogati: consiliarij: prouisores et cōmune prefatum Venetiarum: singula resq̄ dicti cōmunis persone p̄missis excessibus publice damnatis: vt prefertur in dicto processu qui legitur in Cena dñi: omnino abstineant: et nos sanctamq̄ hanc sedem apostolicam plene ⁊ omni ex parte in concessa sibi auctoritate et libertate cum debita obedientia recognoscant et reintegrent. Necnon etiam infra dictos .xxiiij. dies assignatos eis dem p̄ peremptorijs terminis vt supra prefati Dux Rogati

Cōsiliarū Prouisores Cōmune Venetiārū et dictorū cōsiliatorū roga-  
torū atq; p̄munis singulares p̄sone Rauēnateñ Ceruieñ Ariminenē Sa-  
uentinē et Sarsinateñ ciuitates cū opidis : castris : terris : et districtis  
earū : ac Cesenateñ et Sorluuieñ et Imoleñ Territorij Castra Spida  
Terras et loca que occupant integre et libere nobis et . Ro . ecclesie cuius  
ius iuris esse noscuntur : relaxent : et cū fructib⁹ etiā quos percipere po-  
tuerūt : plene restituāt : prouisoresq; : ptātes : castellani et alij quicūq;  
officiales ac stipendarij noīe prefati Veneti dominij : eorumq; adhe-  
tes : fautores et cōplices exinde recedāt : nec aliqd̄ impedimentū quo-  
uis modo predictis ciuitatib⁹ : opidis : castris et locis eorū : ciuib⁹ et ha-  
bitatorib⁹ prestent : quominus libere ad obedientiā matris sue Ro . ec-  
clesie reuertant̄ . Consultores q̄ eorū dē auxiliatores adherentes p̄pli-  
ces ac sequaces a prestatione auxiliij cōsiliij et fauores h̄mōi contra pre-  
dicta omnino cessent . Et si Dux : p̄siliarij : cōmūe singula resq; per-  
sone supra dicte : prouisores : fautores : complices : sequaces et adhe-  
rentes predicti exhortationi : requisitiōi monitioni et mādato nostris  
h̄mōi infra dictos . xxiij . dies non paruerint cū affectu in eos dē Leo-  
nardū Ducē : rogatorū et generalis cōsiliij cōsiliarios et alias singula-  
res p̄sonas cōmunis predicti Venetiārū : Necnō prouisores : fautores  
consultores : adherētes : cōplices et sequaces ⁊ quēlibet eorū ac si noīa-  
tīm singuli p̄ntib⁹ essent expressi qui si non paruerint : aut ut non pareat  
tur seu pareri differatur consuluerint : sua ferint : fecerint : dixerint vel  
procurauerint : seu alias qualitercūq; in hoc culpabiles fuerint : directe  
vel indirecte : tacite vel expresse : ex nunc prout ex tūc de eorū dē fratru  
cōsilio maioris excoīcations sententiā pmulgamus ⁊ eos illā incurrere  
volum⁹ eo ipso a qua preterq; in mortl̄ articulo constituti ab alio quā a  
Ro . pon etiā pretertu cuiuslibet facultatis cuiusq; p̄ tpe desup con-  
cesse nequeant absolutionis beneficium obtinere : ita ut si quem eorū  
tanquā in tali articulo constitū absolui contingat qui postmodum cū  
valuerit in eandem excommunicationis sententiā reincidat eo ipso nisi  
post cōualescētiā monitioni ⁊ mandato nostro predictis paruerit cum  
effectu . Et nihilominus etiam ecclesiastica careat sepultura donec ut  
prefertur h̄mōi mandatis nostris paritū fuerit Et si mōiti et excoīcati  
predicti dictā excoīcations sententiā per alios tres dictos : xxiij . dies  
immediate sequentes : animo qd̄ absit sustinuerit indurato sententias  
ipam̄ aggrauam⁹ et ex nunc prout ex tūc venetiārū Paduanū Veronenū

Vincetiū Cremonē Buriē Teruifiū Pergameū Trigeftiū Tranē  
Bundifiū Hirduntinū Monopolitanū : et reliqua a Venetis predic-  
tis etiam de facto tenta et poffeffa civitates : terras Castra et lo-  
ca quecumq; citra et ultra mare ac in maritimis infulis confisten-  
tia et que in illis funt : ecclefias : monafteria : ac religiofa et pia lo-  
ca quecumq; de eorundē fratrum confilio predicta auctoritate ecclefi-  
aftico fubijcimus interdico : ita vt illo durante in illis etiam preter-  
tu cuiufuis etiam apoftolici indulti : perfonis : ordinibus : vel locis :  
conceffi : preterq; in cafibus a iure permiffis : ⁊ etiā in illis alias quam  
claufis ianuis ac excommunicatis et interdicois exclufis : nequeant  
miffē et alia diuina officia celebrari . ¶ Si vero moniti : excoicati : et  
interdicti pdicti p alios tres dies dictos vltimos tres dies immediats  
fequentes ad cor reuertī occupata reftituere : et noftris monitōi et mā-  
dato pdictis obtemperare diftulerint : et in fua voluerint cordis duri-  
cia et peruerfa obftinatione remanere : eos ⁊ quēlibet eorū reaggraua-  
tiōis : anathematizatiōis : et maledictiōis : ac damnatiōis mucrone  
percutimus et omniū ecclefiasticarū cenfurarū laqueis ligatos et irreti-  
tos effe decernim⁹ ipfo facto . Et eos dē Leonardū Ducē Cōfilia Ro-  
gatorū et generalis pfilij et alias fingulares pfonas cōis Venetiarū p-  
uifores : fautores : adherentes : cōplices et fequaces : reliquofque : mo-  
nitos : predictos : excoicatos : aggruatos : interdicos reaggraua-  
tos : anathematizatos ⁊ maledictos vt prefertur in eoz pteruia pfeue-  
ran reos criminis lefe maieftatis et ab omib⁹ Ro . ecclefie deuotis cū  
eorū bonis ppetuo diffidatos dicta auctoritate et pātis plenitudine  
decernimus . ¶ Et generaliter ciuitates : opida : terras et loca quecumq;  
etiā ab eis dē Venetis nō poffeffa ad que aliqua eorūde excoicator⁹ de-  
clinare contigerit quādiu ibidē pmanferit triduo poft recessum eiufoz  
fimili interdico fubijcimus . Ad Leonardum Ducē Venetiarū et ipfuz  
necnon rogatos pfilarios p uifores et alios monitos dignitatibus et  
honoribus in quibus pftituti exiftūt ⁊ tā ipos in fpecie quā prefatū cōis  
Venetiarū p uilegijs concessionibus gratijs et indultis necnon bonis  
omnibus que in feudū vel emphiteofum feu alias a Ro . vel alijs ec-  
clefijs Monafterijs et locis ecclefiasticis obtinēt : ita vt illi ad q̄s pti-  
nēt de illis vtpote ad eos libere reuerfis : poffunt p fua volūtate difpo-  
nere : necnon cōe pfatū iure fi qd eis ppetit in Paduan Veroneū Vin-  
centiū . Cremonē . Buriē . Teruifiū Pergameū Trigeftiū Tranē



Bundisiū Hibuntinū Monopolitanū : et alijs ciuitatibus : terris tam  
maritimis et insulis q̄ terrestribus et locis eorū ditioni obtēperantib⁹ :  
ac alijs eorū bonis : dicta auctoritate p̄uam⁹ : ita vt nil ex illis trāsmitta  
tur ad posteros : et ipsos sic priuatos respectiue ad illa et alia quecūq̄  
dignitates : administrationes : et officia secularia impostērū obtinen  
dum inhabilitam⁹ . Eorūdeq̄ monitoū subditos vasallos et feudata  
rios : et presertim Paduanū Veroneū Vincentinū Cremonenū Brixienē  
Teruisinū Pergamenū Trigestinū Tranenū Bundisienū Hibuntinū Mo  
nopolitanū : aliarūq̄ ciuitatū et locorū : etiam de facto per eos obten  
torū h̄mōi ciues incolas et habitatores ac fortiliciorū ⁊ arcium in eos  
degetes Castellanos et custodes a quorūuis fidelitatis iuramētorum :  
p̄ eos dictis monitis nō parentib⁹ : prestitorū obseruatiōe iure vasalli  
tico et subiectiōe absoluiamus et penitus liberamus . ¶ Et vt alijs eorū  
exēplo p̄teriti filia non attēpent : volumus et de simili consilio dicta  
auctoritate et p̄tatis plenitudie decernim⁹ : q̄ Leonard⁹ Dur et alijs sic  
moniti : excommunicati : interdicti : iteratis vicibus aggravati : anathe  
matizati : maledicti : et p̄uati : si in suo pessimo proposito : nō paren  
di h̄mōi monitionibus et mandatis nostris p̄seuerauerint : extūc infā  
mes existant : ⁊ ad testimoniū nō admittātur : testamēta et codicillos  
cōdere : et ad alicuius successiōē ex testamento vel ab intestato perue  
nire non possint : et si iuris dictionē habeāt : cause ad eorū examēnō  
deducātur nec valeant eorū sententię vel processus : nullus pro eis nec  
ipsi pro alijs in quacūq̄ causa p̄curare possint : et si qui eorū Nota  
riū existunt instrumenta per eos confecta non valeant : sed cū auctore  
dānato dānentur : eorū debitores ab his que eis debēt liberati existāt :  
pulli eis sed nisi alijs sup quocūq̄ negotio de iure respondere tenean  
tur . Filij quoq̄ et nepotes alijsq̄ descendentes eorūdem vsq̄ ad quar  
taz generatiōē : ecclesijs : monasterijs : canonicatibus : dignitatib⁹  
et alijs beneficijs et officijs ecclesiasticis que eos tunc obtinere conti  
gerit sine spe restitutionis eo ipso sint p̄uati : et ipsis ac alijs natis  
tunc : et illis qui postmodū nascentur vsq̄ ad generatiōē predictam  
Ad illa quibus sic p̄uati forent : et alia ac ecclesias monasteria : dig  
nitates : administrationes : et officia : aliaq̄ beneficia ecclesiastica  
et ad quoscūq̄ ordines et honores ecclesiasticos vel mundanos sit  
penitus preclusus : aditus et ascensus . ¶ Et cum salubre existat ac  
publice vtilitati non parum expedire noscatur eos : sic tunc tot cent

suris et penis ligatos : a cristifidelium cetu tanq̄ membra putrida : ne  
eorū versutijs alios ad eorū perniciem deducāt segregare : vniversas et  
singulas Paduan̄ Veronen̄ Vincen̄tin̄ Cremonen̄ Brixien̄ Terūsin̄  
Pergamen̄ Trigestin̄ Tranen̄ Brundisin̄ Hiduntin̄ Monopolatan̄  
et aliarū Ciuitatū Terrarū et Locorum ditioi eorundem Venetorū vt  
presertur etiā de facto obtemperātes cōitates : vniversitates : et q̄s in  
eis tpe quo p̄dicti Veneti priuatiōis iuris eorū in illis penā predictam  
incurrerent habitare p̄tulerit singulas p̄sonas et generaliter quoscūq̄ va  
sallos eorū sic monitorū dicta auctoritate de simili consilio requiri =  
mus et monemus : vt infra sex dies a tēpore dicte priuationis quorū du  
os pro primo duos p̄ secūdo et reliquos duos p̄ vltimo et perempto =  
rio termino eis et cuilibet eorū : canonica monitiōe premissa assignam⁹ :  
ab eorū Venetorū et existentū tūc in ciuitatibus terris et locis pre =  
dictis p̄ eis dem ptatū p̄uicorū et quorūlibet aliorū officialiū obedien =  
tiā penitus et om̄ino quantū in eis est se subtrahāt et illos in eorū supe  
riores nullatenus recognoscāt nec illorū mandatis obtemperent quo =  
quomodo : Et si qui eorū subditorū et vasallorū in his fuerint  
negligentes vel remissi seu alias quomodolibet culpabiles in eos et quē  
libet eorū om̄nes et singulas prolatas per presentes in eos dez Ducē Ve =  
netiarū ac alios monitos prefatos excom̄municationis aggrauationis :  
reaggrauatiōis : interdicti : anathematis : maledictionis : diffidatio  
nis : priuationis et inhabilitatiōis sententias : censuras : et penas : pa  
ri modo ex nūc p̄t ex tunc proferimus et promulgam⁹ in his scriptis .  
**M**onemus p̄terea et requirim⁹ auctoritate et ptate p̄dicta om̄nes et  
singulos forenses Italice Gallice Theutonice Hispanice Anglice Sco  
tice Dalmatice : ⁊ cuiuslibet alterius nationis : quos tūc Venetijs aut  
in ciuitatib⁹ : terris : et locis in quibus Veneti predicti de iure vel de fac  
to superioritatem obtinent : mercature vel quauis alia causa esse con =  
tigerit : et mandamus eis dē : vt postq̄ Veneti predicti : interdicti sen =  
tentiā incurrerint memoratā quā primū poterūt ex Venetiariū et alijs  
locis i quib⁹ Veneti superioritatē obtinēt : vt presertur : ipsiq̄ tūc dege  
rent : cū eorū mercib⁹ et reb⁹ oibus recedant : et ad illa redire aut in eis  
conuersari durante interdicto p̄dicto nullatenus presumāt : alioquin il  
los ex eis qui monitioni et mādato h̄mōi nostris obtemperare distule  
rint : siles pro : sus excom̄micationis : aggrauationis : reaggrauatiōis : in =  
terdicti : diffidatiōis : priuationis et inhabilitatiōis ac bonorū p̄fiscas

tionis sententias incurrere volum⁹ eo ipso a quib⁹ pari modo ab alio  
quā Ro. pon. nisi in mortis articulo null⁹ valeat absolutiōis bñfi-  
ciū pmereri. Rursus tā ipsis qui si habitant et in alijs Ciuitatibus  
Terris et locis p̄dictis quā vn̄uersis et singulis alijs christifidelib⁹  
districti⁹ iniūgimus vt excoīcatos: anathematizatos: maledictos:  
p̄uatos et inhabilitatos p̄dictos euitent: et faciant quantū in eis  
est euitari: nec cū eisde Venetis et subditis eoz seu ipsoꝝ aliquo emen-  
do: vendēdo: p̄mutando seu mercando vel alias quolibet cōtrahen-  
do cōmertū habere/aut cū eisde p̄ terrā vel p̄ mare cōuersari/et in eo-  
rū nauibus triremibus et alijs nauigijs eoz seu in quib⁹ aliquis eorū  
vel eoz mercantie res ⁊ bona ueherētur: aut eorū res: merces: ⁊ bona  
uehi p̄mittere: granū: vinū: et alia victualia: arma: pannos: merces  
et res alias ad eos deferre: vel delata p̄ eos receptare: seu ad illa vehē-  
dum nauigia et operā eorū p̄stare: quoquomodo p̄sumāt: sub silib⁹  
censuris ⁊ penis: et etiā nullitatis cōtractuū quos inirēt: ac perditio-  
nis mercū: victualū: et bonoz delatoꝝ que capientū illa: fiāt: et ap-  
plicentur eisde siliter eo ipso incurrēdis. ¶ In penā insup Venetoz  
alioꝝq; monitoꝝ nō parentū p̄dictoz Venetiarū et oīm et singu-  
larū Cathedraliū etiā patriarchaliū Metropolitanū et aliarū infe-  
riorū ecclesiarū et Monasterioꝝ Prioratū Domoz et Locoꝝ religio-  
soꝝ et pioꝝ quouilibet Abbatibus Prioribus Canonicis Mona-  
chis etiā cōgregationis sancte Justine Paduan̄ Lateran̄ et sc̄ti Sal-  
uatoris: necnō sancti Georgij in Aliga nuncupatarū: ac vn̄uersis  
et singulis ordinib⁹ fratrū Predicatoroz: minoroz: heremitarū sancti Au-  
gustini: carmelitarū et seruoꝝ sancte Marie: tam cōuentualiū q̄ de  
obseruātia nuncupatoꝝ alioꝝq; quouicūq; ordinū et religionū Prio-  
ribus Ministris Custodib⁹ Guardianis et alijs clericis secularibus  
et regularibus: quibuscūq; noībus censeant: in Venetiarū Paduan̄  
Veronen̄ Vincentin̄ Cremonen̄ Brixien̄ Teruissin̄ Perginēn̄ ⁊ alijs  
ciuitatibus: terris et locis p̄dictis in quibus superioritatē quālibet  
exercent morantibus: districte precipiendo mandamus. vt infra sex  
dies post dictos primos. xxiij. dies immediate sequentes exeat de  
Ciuitatibus Terris et Locis ipsis in quibus degūt ad loca ipsa mi-  
nime reuersuri: donec dicti Veneti nostris monitiōib⁹ ⁊ mandatis  
obtēperauerint: et meruerint interdicti p̄dicti relaxationē obtine-  
re. Et si quis de p̄dictis cōtrafecerit: si Episcopi et superiores in-

B i

terdicti ingressus ecclesie. Si vero inferiores ab eisdem fuerint: exco-  
municatiōis sententiā incurrāt ipso facto: a qua absolui nō possunt  
ab alio q̄ a Ro. pon. nisi in mortis articulo cōstituti. Et preter hu-  
iusmodi interdictū et excoicatiōis sententiā Ep̄i et superiores ac Mo-  
nasterioꝝ Abbates Cōmēdatarij et alij administratores regiminis ⁊  
administratiōis ecclesiarū et monasterioꝝ eorūde. Reliqui ab eis ont-  
niū et singuloꝝ bñficioꝝ: dignitatū: p̄sonatuū: administratiōnū et  
officioꝝ Canoniatuū et prebendarū alioꝝq; bñficioꝝ ecclesiastico-  
rum que tūc obtinebūt: et graduū ad quos p̄moti forent: p̄iuatiōis  
penā sine vlla spe restitutiōis ad ea: incurrāt silit̄ eo ipso: de quib⁹  
possit et debeat p̄ sedē apostolicā: et ab illa facultatē habētes: aposto-  
lica auctoritate dūtaxat absq; alia declaratiōe incursus pene hmōi:  
illico libere p̄uideri. ¶ Cōcedimus tñ q̄ in cathedralib⁹ et alijs Col-  
legiatis et nō collegiatis ecclesijs et domib⁹ Predicatorū et Minorū  
ac alioꝝ religiosorū et seculariū: duo: tres: quatuor: quinque vel sex p̄  
custodia s̄m magnitudinē et paruitatē ipsarū ecclesiarū vel domoꝝ  
Cōuersi et illitterati vel clerici in minoribus ordinibus constituti:  
et in ecclesijs parochialibus pro ministrando baptisinate paruulo-  
rū: penitentiā morietū: et alijs sacramētis ecclesiasticis que ministrā-  
tur tpe interdicti earū Rectores seu alias cure aīarū prepositi ibidē  
licite valeant remanere. Ecclesijs autē et Monasterijs Domibus ⁊  
locis ecclesiasticis in quibus interdicto hmōi durāte missē et alia of-  
ficia fuerint celebrata contra interdictū hmōi: et quoz persone con-  
tra mandatū nostrū in illis remanere p̄sumpserint: oēs gratias oīa  
p̄uilegia et indulta adimimus: ita vt eis in posterū nullatenus sus-  
fragentur. ¶ Ad reprimendū preterea eorūde Venetorū inobedien-  
tiam: et aliena rapiendi et tenendi insaciabilitatē: cupiditatē: et te-  
merarios conatus Vniuersis et singulis Ducibus Marchionibus  
Comitib⁹ Baronib⁹ Domicellis Feudatarijs Vicarijs et Vasallis  
ac alijs quibuscunq; in tēporalibus p̄fate ecclesie mediate vel imme-  
diate quomodolibet subiectis ⁊ nō subiectis: districte precipimus es-  
mandam⁹: ne ad stipendia eorūde Ducis consilij et cōis Venetiariū  
aut eis fauentiū militare: aut eorū stipendia capere: seu ad stipēdia  
hmōi vel alias cū eis se vel suos armigeros ac sequaces locare: eisq;  
aliquod auxiliū vel fauorē quomodo cūq; prestare audeāt. Quinimo  
si qui cum eisdem ad presens militant: quoniam in omni obligati

tionē: excepta semper intelligitur reuerentia et obedientia Romani  
pontificis. non obstante quacumque obligationis formula: qua obligati fo-  
rent que quatenus contra Romanam ecclesiam militare promissis-  
sent: non astringit eosdem et nullius est roboris vel momenti infra  
xxiij. dies a publicatione presentium: computandos ab ipsis Duce  
Concilio et Comuni Venetiarum: eorumque obsequiis et stipen-  
dijs omnino recedant: et in omnes et singulos ex eis qui contra manda-  
tum huiusmodi facere vel venire tentauerint quoquomodo per se vel  
alios directe vel indirecte similis excommunicationis: anathematis:  
maledictionis et priuationis ac inhabitationis. necnon in terras: dñia  
ac loca eorum si qua tunc eos habere et obtinere contigerit interdicti:  
et in eos eorumque descendentes priuationis: dignitatum dominiorum feu-  
dorum et honorum ac priuilegiorum: gratiarum: et beneficiorum ecclesiasticorum  
ac inhabitationis dñiorum et bonorum confiscationis sententias: censuras et  
penas predictas ex nunc prout extunc promulgamus: eosque illas incur-  
rere volumus eo ipso que similiter per alium quam Romanum pontificem:  
preterquam in mortis articulo: ut de alijs superius est expressum neque-  
ant submoueri. ¶ Inhibemus etiam quibuscumque temporale domi-  
nium obtinentibus etiam Regali Ducali Principatus Marchionatus  
Comitatus et Baronie vel alia dignitate fungentibus: sub si-  
milibus censuris et penis: per eos si contrafecerint eo ipso incur-  
rendis: ne cum eisdem Duce consilio et comuni Venetiarum directe  
vel indirecte ad impediendam recuperationem Civitatum Terrarum et  
locorum nostrorum vel ad defensionem seu auxilium eorundem se nobis vel  
pro eadem Romana ecclesia agentibus opponant aut admonitionem bel-  
li in preiudicium dicte Romane ecclesie tendentis: ligam: confederatio-  
nem seu colligationem vel intelligentiam ineant aut hactenus forsitan  
initas factas et conclusas: que quatenus ad preiudicium predictae ecclesie  
tendant: etiam si penarum adiectione iuramentoque sint vallate illarum  
tenores ac si inserentur: per expressis habentes non tenere: et nemini quo-  
minus eisdem venetis fauendo sub colore earum censuras et penas  
predictas incurrant: excusationem prestare posse declaramus: obseruent  
quoque. ¶ Ceterum si moniti: excommunicati: interdicti: anathema-  
tizati: maledicti: priuati: et inhabilitati predicti postquam priuati-  
onis et inhabitationis penas predictas incurrerint: obstinata animi  
duricie nostris monitioni et mandato predictis ulterius distulerint obtemp-

B ij

perare: et nunc putertur oēs Reges Duces Principes Marchiones  
Barones Comitatus Universitates et quoscūq; alios terrarū dños:  
et gentiū armoz capitaneos: ad quoscūq; fidelīū stipendia mili-  
tantes: et alias quascūq; psonas tam p mare q̄ per terrā facultatē et  
potestatē habētes requiritur p p̄sentes: eisq; et cuilibet ipsorū in v̄tute  
sc̄tē obediētie p̄cipim⁹ et mādam⁹ quaten⁹ contra eosdē Venetos ac  
in sua obstinatiōe p̄seuerantes p honore predicte sedis armis insur-  
gant eosq; p̄sequi et debellari ad restitutionē q̄ ablatorū sancte Ro.  
ecclesie faciendā cogere p̄curēt. Et ne nostras ciuitates et loca que-  
cūq; occupent se eis opponant: et ipsorū Venetoz penam et pro eoz  
plectenda rebellione hmōi: quoscūq; Venetos in eorū Ciuitatibus  
Terris et Locis et Dominijs degentes: et Ciuitatū terrarū et Loco-  
rum quoz cōitates: vniuersitates: et incole p̄fatos Venetos in eorū  
dños recognoscere: et eis vt eorum dñis obtemperare presumpserit  
postq̄ ipsi Veneti priuationis iuris eorū in illis penam incurrisent  
vbicūq; eos inuenerint: capiant et captiuos teneant: eorūq; mer-  
cantias: pecunias: nauigia credita: res et bona om̄ia in proprios  
v̄sus cōuertant. ¶ Nos autē aucte et de plenitudine pt̄atis p̄missa  
ipsis arma sumētibus et aliquos eorū dē Venetoz et subditoz eisdē  
tūc eoz ditioni obtemperantiū: eorū res et bona in hmōi euentū capi-  
entibus: vniuersa: pecunias: iocalia: mercantias: nauigia: anima-  
lia: res et bona mobilia et immobilia vbiq; lo corū: etiam extra loca  
territoriū eorū dē Venetoz: ciuitates q̄ castra et loca eorū dē Ven-  
etorū que sic ceperint eis in predam cōcedimus: et volumus illa ad  
eosdem capiētes pleno iure pertinere. et psonas ex Venetijs aut alijs  
Ciuitatibus Terris et Locis quorū cōmunia et vniuersitates ab eo-  
rū obediētia put eis mandatur p p̄sentes: se nō subtraxerint: vt pre-  
fertur ouiginē trahētes: seu in illis domiciliū habētes quas vbiq; lo-  
corū capi cōtigerit seruos fieri capientū. ¶ Cōcedimus q̄ eisdē qui  
sic cōtra eosdē Venetos p Ro. ecclesie defensiōe et reu sibi ablatarū  
et aplice auctoritatis reintegratiōe ipsorū Venetoz bello et oppugna-  
tioni hmōi se opposuerint: et ad defensionē nostrā quolibet prestite-  
rint auxiliū: consiliū: vel fauorē: plenariā oīm peccatoz suoz indul-  
gentiā et remissionē. Et si qui Reges Duces Principes Marchiōes  
Comites Barones Comitatus Universitates: Collegia tam in  
Italia q̄ extra Italia constituta: et quicūq; alij etia p̄particulares p̄-

sonne per se vel aliu seu alios publice vel occulte: directe vel indirecte  
quouis quesito colore eisdē Venetis excōdicatis: anathematizatis:  
maledictis: priuatis: et inhabilitatis cōtra Ro. ecclesiā in premissis  
vel aliquo eoz arma: pecunias aut comeatū ministrare: seu auxiliū:  
consiliū vel fauorē quouis modo prebere presumpserint: aut cum cō-  
mode possent: a spolio: depredatione: et captura eorundē Veneto-  
rum et subditorū suoz abstinuerint quicunq; fuerint: etiā quacunq;  
excelsa predicti dignitate: maledicti et excōmunicati existant: et diui-  
no percussi anathemate: nec de salute anime sperent: nisi ante finē  
vite penitentiā agentes: apostolica fuerint auctoritate absoluti. Vni-  
uersitates vero sciant sibi diuinis penitus interdictū: et nisi se cor-  
rlexerint diuinā expectent ultionē. ¶ Et nihilominus earū singula-  
res psone paribus excōdicationis sententia et alijs penis quibus alijs  
excōmunicati predicti exinde innodentur. Et vt premissa oibus in-  
notescāt vniuersis ⁊ singulis Patriarchis Archiepis Epis Patriar-  
chaliū Metropolitanū et aliarū Cathedraliū et collegiatarū eccliarū  
Prelatis capitulis et psonis alijs ecclesiasticis: etiā quouis ordinū  
etiā mendicantiū religiosi: exemptis et nō exemptis p vniuersum  
orbē: et presertim in Italia cōstitutis mandamus: quaten⁹ ipsi et  
quilibet eorundē sub simili⁹ censuris et penis p eos et singulares p-  
sonas eorundē capitulorū si postq; vigore presentū requisiti fuerint  
infra tres dies quorū vnū pro primo et aliū pro secūdo: ac reliquū p  
tertio et pemptorio termino: canonica monitione premissa assigna-  
mus nō paruerint: eo ipso incurrendis eosdē Ducē Cōsiliarios Cō-  
mune Venetiarū et singulares eiusdē cōmunis personas Officiales  
Prouisores Cōsiliarios Sautores Adherentes Complices et Se-  
quaces eorū: ac alios monitos prefatos: decursis eis assignatis ter-  
minis predictis: si nō paruerint: in eorū ecclesijs Dñicis et alijs festi-  
uis diebus: dum maior inibi populi multitudo cōuenerit ad diuina:  
cum crucis vexillo: pulsatis campanis: ⁊ accensis candelis ac demū  
extinctis et in terrā proiectis et cōculcatis: cum trina lapidū proie-  
ctione: alijsq; in talib⁹ seruari solitis ceremonijs excōdicatos publice  
nunciēt: ac faciant et mandent ab alijs nunciari: et ab oibus artius  
euitari: necnō oibus alijs christifidelib⁹ vt eos euitēt et pari mō sub  
pdictis censuris et penis psentes lrās vel earū trāsumptū sub forma  
infra s. c. pra. factū infra terminū tridicū et p. fertur per. rū in ecc.

sijs : monasterijs : conventibus : et alijs eorū locis publicari et affi-  
gi faciāt : et eis de Venetis cū per eorū tacitā rebellionē a grege dñico  
se separauerint : cūcta necessaria denegēt ministrare : donec cōpūcti  
corde spiritū assumētes cōsiliū sanioris : nostris monitionibus et mā-  
datis predictis obtemperauerint : et meruerint a censuris et penis pre-  
dictis absolutiōis ac restitutionis beneficiū : ac alias integrā reconci-  
liatiōis eorū gratiā a nobis et sede predicta obtinere . ¶ Excoīcam⁹  
quoq; et anathematizam⁹ oēs cuiuscunq; status conditioni sue fue-  
rint : qui quo minus presentes littere nostre vel earū transumpta co-  
pie seu exemplaria in suis terris aut dominijs legi affigi aut publica-  
ri ac in oīm notitiā deduci possint : fecerint : vel procurauerint quo-  
modo . Ecclesijs q; Monasterijs Cōuentib⁹ et alijs quibusuis  
sacris locis in quib⁹ denegatū fuerit p illarū prelatos et personas lit-  
teras ipas publicari : oīa priuilegia : oīa indulta : oēs grās quibus  
ab aplice sede decorantē adimim⁹ : volētes illas pro nō confectis ha-  
beri . ¶ Postremo q; difficile foret presentes litteras ad singula loca  
deferri in quibus necessariū foret : volumus et apostolica auctorita-  
te decernim⁹ q; earū transumpto manu Notarij publici cōfecto : vel  
in alma urbe p dilectū filiū Jacobū Mazochiū impresso : et Sigil-  
lo alicui⁹ prelati ecclīastici munito : ubiq; stetur : put originalibus  
litteris staretur si essent exhibite vel ostense . Et q; dolus et frans ne-  
mini debent patrocinari : nullus vano decipiat errore ut intra tēpus  
sui regiminis p̄dictas censuras et penas vel aliquas earū sustineat :  
quasi post illud non sit ad satisfactionē debitū cōpellendus : nā et ip-  
sum qui satisfacere et in aliquo p̄missōū mādati nostris obtempēra-  
re voluerit : etiā deposita administratione et successorē eius : nisi pa-  
ruerit decernim⁹ eis de penis inclusum : ac in oībus et p oīa obliga-  
tū : ¶ Et cū presentes littere Venetijs ppter eorū dē Venetorū po-  
tentiā nequeāt tute publicari : ne Veneti et alijs quos littere ipse con-  
tingūt : quibusue aliquid mandat vel phibetur per eas dē valeant de-  
premissis ignorantia allegare et pretextu ignorantie hmōi : si nō pa-  
ruerint : velamē excusationis assumāt . Volum⁹ litteras ipas in val-  
uis Basilię p̄ncipis Apostolorū de urbe affigi : et hmōi affixiones  
publicari . Decernētes q; earū dē litterarū publicatio sic facta pin-  
de eos dē monitos et oīes quos littere ipse cōtingunt arctet : ac si lit-  
tere ipse die affixionis et publicatiōis hmōi : eis p̄sonaliter lecte et in-



firmate forent: cū non sit verisimilis cōiectura q̄ ea que tam patenter  
sūt debeant apud eos incognita remanere. Nō obstant cōstitutioni-  
bus et ordinationibus apostolicis cōtrarijs quibuscūq; . Seu si mo-  
nitis predictis vel quibusuis alijs cōiter vel diuisim a sede apostoli-  
ca indutū existat: q̄ interdicti: suspendi: vel excoicari nō possint per  
litteras apostolicas nō faciētes plenā et exp̄ssam ac de verbo ad ver-  
bū de indulto h̄mōi mentionē. Nulli ergo oīno hoīm liceat hāc pa-  
ginā nostre hortatiōis: requisitiōis: monitiōis: mandati: assignatio-  
nis: promulgatiōis: voluntatis: aggrauatiōis: ligationis: decreti:  
p̄uatiōis: inhabilitatiōis: diffidatiōis: absolutiōis: liberatiōis:  
prolatiōis: concessiōis: precepti: inhibitionis: excoicationis ⁊ ana-  
thematizatiōis infringere: vel ei ausu temerario contraire. Si quis  
autē hoc attentare presumpserit: indignationē om̄ipotentis dei ac  
beatorū Petri et Pauli apostolorū eius se nouerit incursum. Datum  
Rome apud sanctū Petrū. Anno incarnationis dñice Millesimo  
quingentesimonono. Indictione. xij. Quinto Kal. Maij. Ponti-  
nostri Anno sexto. Sigismundus. A tergo vero erant scripta hec ver-  
ba videlicet Registrata in Camera apostolica. D. de iuuenibus.  
Executio vero talis. Anno a natiuitate dñi Millesimo quingente-  
simonono Indictione. xij. Die vero. xxvij. mensis Aprilis. Ponti-  
Sanctissimi in chusto patris et dñi nostri dñi Julij diuina prou-  
dentia pape secūdi Anno sexto. Presentes retro scripte littere aposto-  
lice prefati Sanctis. D. N. Pape affixe et publicate fuerūt in Basi-  
lice principis apostolorū de urbe ac Cancellarie apostolice valuis seu  
portis et acie Campiflore per ambos cursores hic subscriptos: vi-  
delicet Eurardū du Vinier. prefati. S. D. N. Pape et Romane cur-  
rie Cursorem. Ita est Michaelle Bour Curso. S. D. N. Et ipso-  
rum Cursorū modernus Magister.

Impressum Ljpsigē per Baccalaureū Martinū  
Herbipoleū. Anno a natiuitate dñi. 1. 50. 9.

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.



000000

78 L 1577

2

Sb.

ULB Halle 3  
004 812 441





Mani

e

ctos.

